



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

III. Die Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

III. DIE MAII.

P. IOANNES BAPTIST.
BARMA.Hispanus
Murciae. 3.
Maij. 1560.Concio.
V B
Assumpta.

B V.

Concionat.

Mortif.

B Francisci Borgia in Theologia Magister. Ad huius pedes prouolutus est Dux idem Borgia cum vale illi diceret Romam profecturus. Aiunt illius dicendi efficacitate permotas Gandia omnes vulgare formæ, ac pudicitiaæ scæminas castè respuisse. Gandia Rector cum esset, omnia Turcica classis imminenti metu plena erant, & agros tanta siccitas vexabat, vt fames magna timeretur. Ille, perrogatis suorum sententijs, ad Beatissimæ Virginis Assumptæ opem ita recurrit, vt, totos, qui augustum illud festum antecedunt octo dies partitè in socios distribuerit; inter quos ter à non Sacerdotibus celebrata sacra synaxis, eodem synaxeos die voluntariâ verberatione à singulis ter peractâ; vt Mater misericordiæ filium sceteret; pluuiam impetraret, hosticamque classem arceret. Additæ aliorum alijs continuatâ serie succedentium preces à quinta post mediam hõra vsque ad nonam post meridianam, seu vespertinam. Audiuit, & quæ petebat Collegium impetravit Virgo; nam, & imbres toto biduo affluentissimè cecidèrè, & classis Turcica aliò vela vertit. Licet concionaretur quotidie, totâ tamen quadragesimâ nil aliud cibi, aut potioniis quam aridum panem, & aquam admisit; breui, ac duro somno, non nisi humi capto. Forminâ procaci ab eo, morbi obtentu, obscenum flagitium flagitante aluo leuandæ locum petijt, vultum retinimentis sordidauit, prodijt; & impudens illa bestia inopinato specta-

culo modestiam didicit, exemplo Ioannis in Societate postea in plures transmissio. Quantâ in opinione fuerit explicat fufius Alegambe in eius vita ad annum 1560. P. Antonius Cordeses certè disertè affirmavit, hunc vnum esse è viris quos vnquam sanctimoniam studio præstantes nouisset.

P. ADALBERTVS
BAUSECH.

Hic Pragæ cum ante initam Societatem in Templo Collegij mente composita precibus fundendis incumberet, vt id narrat Societatis historia, pueri venustissimi specie in sacrosancta hostia IESVM vidit; roganti quæ quid ab se veller. Volo (respondit puer) ut ibi sis, ubi es. Nempe se inter IESV socios in Collegij templo esse, atque inter illos in illorum cõrtu manere, iuberi aduertit Adalbertus, & obedienter obtemperavit, facillè quinquilias humanorum nominum auersatus; inimicos eius voluntatis domesticos diuinâ voluntate tam dulci significatione contestatâ, vt vel inuiti annuerent, facillè tranquillauit: ac vitam in Societate ab anno M. D. LVI. vsque ad annum M. D. LXXI. multâ doctrinâ, plurimâ virtutis illusterrimè commendatione transegit, III. Maij Viennæ Austriae vitâ perfunctus; de quo ita Laurentius Magius. Austriae Præpositus Prouincialis. Tertio die Maij migravit ad Dominum ille benedictus. Pater Adalbertus, dimidium animæ propter multas eius virtutes, cuius mors vt communi bono perincommoda accidit, & Academiae, & Collegio nostro, & Theologorum nostro.

Bohemus
Viennæ. 3.
Maij. 1571.Vocatus
Euch.Anglus
dini.
1606.

Confess.

Fidel.

nostro seminario, cum esset *ille vas omnium bonorum*, & ad labores infractus; ita vulnus cordi meo tale infixit, ut etiamnum perdoleam. Sic Magius.

P. HENRICVS
GARNETVS.

Anglus Londini 3. Maij. 1606.

Coniurationem à Catholicis quibusdam temerè factam in Anglia, ut subiecto pulvere pyrio summa queque hostium religionis Catholica capta, dum essent in comitio, tollerentur, conabatur consilij omnibus, vixque licitis impedire: sed agere quod libebat ei non licuit, cum id secretum in Sacramento, adedque sub sigillo confessionis, accepisset, Erupit conspiratio: & Henricus in eius suspicionem vocatus est, quod eius confesius eam non impediuisset. Sumprum de coniurationis prodicione detectis supplicium: Henricus datus in vincula; ibi variè laboratum, famis quoque tormento adhibito, ut proderet ea quæ in confessione audierat. Fortiter noluit: & in Senatu ira calumniam diluit, ut palam omnes innocentia illius annuerent. Rogatus; num Ecclesiam Anglicanam hæreticam esse censeret? Respondit: Hæreticum esse qui Romanum Pontificem non agnoscat. Quocirca damnatus est capitis, quod secretum in confessione auditum non renelasset: quod Sacerdos; quod Iesuita esset. Magnum Iesuitam, & paruum Papam eum vocabant passim. In mortuali pegmate fidem Catholicam professus, & hæresim detestatus, Catholicos tamen monuit, ut à machinatione omni abstinerent, Deum sua curaturum. Denique tam piè, tamque constanter in extremo illo vitæ articulo rem gessit, ut diceretur, tantundem illà suà fortitudine, quantum 20, annorum laboribus, rei Catholica

Confess.

Fider.

profuisse. Ioannes Wilkinsonus, qui aderat, post eius mortem in spicam incidit occisi Garneti sanguine aspersam, in quâ, crystallo inclusâ, conspectâ est effigies Garneti vultum referens. Vidit id Ioannes, eiusque socius; vidit matrona quædam nobilis, & alij: legatus quoque Hispanus, qui sexcentos aureos pro ea offerebat. Pictores à Pseudo Episcopo accessiti, & iussi miraculum imitari, id supra suæ artis imitationem esse dixere. In fronte imaginis crux erat stellæ inclusa: mentum occupabat Cherubini alatum caput, in vertice corona velut graminea visebatur. Testatus hæc est Ioannes iuratâ fide; dixitque visum sibi intueri Garnetum in cælo inter Sanctos non postremos: se quoque lumine magno impletum. Affixa sunt palam dissecta membra, & caput; quod visum est circulo purpureo ambiri. Spica illa; periculosè parturientem sceminâ iuuit; aliam à diris doloribus liberauit: strophium Garneti sanguine imbutum, à puero febres abegit. Verum, ac celebre est de hoc anagramma P. Gualteri Paulli velut vaticinium reperientis in nomine: Pater Henricus Garnetius: Pingere cruentus arista.

Imago in spica.

Mors.

P. IGNATIUS
BLANCUS.

Concionator erat, Deum verè, Deum, non plausum popularis auræ quærens. Maiorica Alphonso Rodriguez conciones suas commendat: & ille fufis pro illo precibus responsum accepit, magno fructu eas obiturum, si eas diuinæ gloriæ, & mortalium salutî faceret. Anno 1609. idem Alphonso P. Blancum vidit genibus nixum penes B. Virginem, quæ illi suam in fidem recepto auxilium

Hispanus Tarraconæ. 3. Maij 1615. Concio.

B.V.

H h 2 pol-

Pollicebatur: & præstitit: nam graui catarrho vocem quoque intercludente quadam quadragesimâ præpeditus, cum ad concionem dicturus prodiret, vocem, & vires recipiebat tantisper, & dictione perfunctus catarrho iterum plenus vocem amittebat. Alphonsi precibus exorata B. Virgo, plures Blanco (alias inutili futuro) incolunitatis annos à Deo impetrauit, ipso interea Blanco mirè se afflicto, ac magnam lacrymarum affluentiam, earundemq; ex aliorum oculis concionendarum gratiam consecuto, sequè DEIPARÆ in mancipium obligante. Vnde indicem seruitutis Marianæ catenulam semper in cruce gestabat, quam cingulo alligabat.

IOANNES ADAMVS
SCHOLTZEN SCHOL.

Germanus
Græcij. 3.
Maij. 1650.

IN Austriacis anni 1650. annis sic
Idè illo scripsi. Hunc acerba mors è

IV. DIE MAII.

P. I A C O B V S
DE SOTOMAIOR.

Hispanus
Gadibus. 4.
Maij. 1571.
Vocatio.

GADIBUS in obsequio peste afflato-
rum obiit Heroum morte, nobilis
victima charitatis. Hic ante
initam Societatem, cum Granatæ stu-
dijs operam daturus domum quæreret
in qua diuerneret, ait se diuinâ voce
iustum, nullam vè aliam domum quæ-
reret, quam Societatem Iesv. Cuncta-
rum se aliquantisper, sed impulsu
acerrimo perpulsus tandem, ac vi-

Logica decerpit; ceu turbo nascentem rosam. Vultum eius, & oculos implebat innocentis cuiusdam, perpetuæ, atque è mutua naturæ & disciplinæ consortione conferræ modestiæ tenella & casta lux. Conscientia tam custodita, vt toto tyrocinijs biennio nunquam se meminere illam vllâ venialis etiam nauis labeculâ, cui quidem libera voluntatis deliberatio accesserit, temerasse. De cælesti Matre cogitanti, cor sibi abripi aliquando ingenuo candore teneritateque confessus, in illius nomen totus, totus in Christum in Cruce & in Eucharistia dilectum. vultu, oculis, osculis, lachrymis hiabat. Vide ibi plura. Putatur primam Baptismi fidem nullâ vnquam grauiore noxâ violasse.

Modestia.

Venile puer.

B. V.

etum manus Deo dedisse. Pro bono IESV, quemadmodum ipse loquebatur oprabat pati asperrima, semper in diuinæ præsentia; velut in speculi conspectu, agebat quicquid ageret; inde illi quies animi excelsa, & suauissima in composito semper vultu modestia. Dicebat, se cum ægrè haberet Rosarium Beatissimæ Virginis recitare, atque hoc velut alexipharmaco, præsentissimo consanescere.

B. V.

P. IOAN-